



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

MXIV. Erneuerung des Bündnisses zwischen dem Kaiser Karl und dem
Könige Kasimir von Polen, worin jener sich diesem namentlich zum
Beistande gegen die Bayern in der Mark Brandenburg und andere ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

sprache zu vorlust vnd zu gewynne blyeben. Mit vrkund dits briefs, vorfigelt mit vnserm Infigel, Der gegeben ist zu Nurenberg, do man zalt von Cristis geburt drutzen hundert Jar dar nach in dem Sechs vnd funfzegetem Jare, des negsten Donrsts nach dem Heyligen Obersten taghe.

Nach dem Originale des Königl. Bayer. Reichs-Archivs zu München.

MXIV. Erneuerung des Bündnisses zwischen dem Kaiser Karl und dem Könige Kasimir von Polen, worin jener sich diesem namentlich zum Beistande gegen die Bayern in der Mark Brandenburg und andere Angehörige der Mark verbindet, vom 1. Mai 1356.

Kazimirus, Dei gratia rex Poloniae & Ruffiae, nec non Cracouiae, Sandomeris, Sundiae, Lauticiae, Cuiaviae & Pomeraniae terrarum & ducatum dominus & Haeres. Notum facimus uniuersis, quod, quia serenissimo ac inuictissimo principi & domino Carolo, Romanorum Imperatori, semper augusto & Boemiae regi, fratri nostro carissimo, in tractatibus habitis inter suam maiestatem, ab una; & nos, parte ab alia, in oppido suo Nampslauia, sub anno domini MCCC XLVIII. indictione prima, decimo calendas decembris, regnorum ipsius anno tertio, sub Titulo Romani Regis, quo illis temporibus utebatur, sub iuramento rite promissimus: sic & nunc animo deliberato & maturo nostrorum procerum antecedente consilio, sub eodem iuramento, promittimus, perpetuam dilectionem & firmam amicitiam cunctis in antea futuris temporibus inuolabiliter obseruare, sicut ipse vice versa nobis, sub iuramento ante praestito, ad obseruationem eiusdem dilectionis & amicitiae teneatur, prout in antiquis litteris nostrae concordiae, inter nos & eum aliquotiens celebratae, plenius continetur. Promisit etiam dictus dominus Imperator, sub iuramento ante praestito, bona fide & sine dolo nobis aduersus quemlibet hominem & nominatim contra Cruciferos de domo Teutonica seu etiam contra Bavaros vel quoscunque alios in Marchionatu Brandenburgico manentes, vel in propria persona, si commode fieri poterit, vel in persona illustris principis domini Johannis, Marchionis Moraviae, fratris sui, cum sexingentis hominibus galeatis, assistere & amicabiliter suffragari; illo praesertim tempore, cum plantae & segetes sunt in campis. Et si quispiam inimicorum ante tempus messium, quocunque tempore, terras nostras inuaserit, sub praemisso iuramento absque dolo promisit, contra insultum inimicorum eorundem nostrorum, toto suo posse nos adiuuare. Et si prima uice cum hominibus eisdem nos aduersus inimicos nostros limites regni nostri non recuperaremus: tunc secundo, ad requisitionem nostram, quadringentos Galeatos nobis destinare promisit & tenebitur sub suis damnis, sumptibus & expensis. Ita tamen, quod nos suo exercitui praedicto, quam diu in regno nostro moram traxerit, de esculentis & potulentis tenebimur & promittimus prouidere. Et si, quod non speramus, prima & secunda uice non recuperaremus limites eiusdem regni; tunc tertia & quarta uice & quotiens necessarium fuerit, nobis, sub iuramento & fide, iuxta

lium posse, sine dolo suffragari promisit & tenetur tam diu, quousque, ut praedicitur, recuperemus limites regni nostri; quibus recuperatis, praefato domino imperatori & regni Boemiae assistere & stare tenebimur aduersus omnem hominem, excepto rege Hungariae, prout in antiquis nostris literis est expressum. Insuper, quamdiu effectum aduersus inimicos nostros assecuti non fuerimus, sibi non tenebimur suffragari. Hoc tamen adiecto, quod, in hoc medio & interim, suis inimicis per nos vel nostros non cooperabimur, ut assistamus iisdem ope, consilio vel fauore; & supradictos Galeatos, quos in adiutorium nobis destinare tenetur, suis sumtibus & expensis ac refusione damnorum, debeat sine dolo respicere, donec dicti limites ad dominium nostrum fuerint reuersi. Sique limitibus regni Poloniae, suffragio suo, obtentis aliquo modo, occupatores de bonis & dominiis ad regnum nostrae Poloniae non pertinentibus expugnati & expulsi fuerint; medietatem bonorum & dominiorum illorum praedicto domino imperatori & regi Boemiae; residua vero nostris usibus decernimus applicanda. Et omnia & singula, quae in hisce nostris literis contenta noscuntur, de verbo ad verbum, sicut ibidem exprimuntur, ad singulas literas inuolabiliter observare promittimus & tenemur sub omnibus modis, & conditionibus, prout in eisdem litteris, sub datis, loco & tempore praelibatis, inuenitur expressum. Eo duntaxat excepto, quod de Pecuniis omnibus, de quibus eadem literae mentionem constituunt, dictus dominus imperator, Boemiae rex ac fidei iussores & compromissores sui, liberi sint totaliter & penitus absoluti, sicut Serenissimus princeps, dominus Ludvicus, rex Hungariae, frater noster carissimus, praefatum dominum imperatorem & regem Boemiae, & nos Fidei iussores ac Compromissores ipsius ad instar dicti regis Hungariae, specialibus litteris nostris rite quitauimus & liberos dimisimus & penitus absoluimus. Si vero, quod absit, praedictum suffragium, per nos requisitus, nobis facere uel mittere neglexerit; ex tunc pro eodem suffragio, quotiens neglexerit, ipsum vel filios, si quos habuerit, domino permittente, aut eo absque heredibus decedente, illustrem principem, dominum Joannem, Marchionem Morauiae, fratrem suum praedictum, in eum casum, ubi sibi in regno Boemiae successerit, debebimus & poterimus amovere. Praesentium sub Nostrae maiestatis sigillo testimonio litterarum. Actum & Datum Pragae, anno domini M CCC LVI. in die beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum.

Ludewig, Reliqu. V., 496. — Einsig's Cod. dipl. I., 390.

MXV. Markgraf Ludwig der Römer verträgt sich mit dem Erzbischofe von Magdeburg über verschiedene Gegenstände und überweist demselben statt gewisser Hebungen aus Stendal eine Hebung von dem Rathhause zu Havelberg, am 27. Juni 1356.

Wir Ludewig die Römer, von gots gnaden marggraue tu Brandenburg vnde tu Lufitz, des heiligen Romischen Rikes ouerste kemerer, Palantzgreue bi Rine vnde hertoge in Beirn, Bekennen openbar in desseme briue vnde dun kunt allen den, die en seen oder hören lesen, Dat wi gedinget hebben mit deme Erwertigen herrn vnde vader